



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

LXXI. Papst Bonifaz IX. ertheilt dem Kloster Hillersleben einen Ablaßbrief, am 18. März 1401.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

LXXI. Papiſt Bonifaꝯ IX. ertheilt dem Kloſter Hilderſleben einen Ablaßbrief,  
am 18. März 1401.

Bonifacius epiſcopus, ſeruus ſeruorum dei, Uniuerſis criſti fidelibus preſentes litteras inſpecturis Salutem et apoſtolicam benedictionem. Licet is de cuius munere uenit, ut ſibi a ſuis fidelibus digne et laudabiliter ſeruiatur de abundancia ſue pietatis, que merita ſupplicum excedit et vota bene ſeruientibus ſibi multo maiora retribuatur, quam ualeant promereri, Nichilominus tamen deſiderantes domino populum reddere acceptabilem, et honorum operum ſectatorem, fideles ipſos ad complacendum ei quaſi quibuſdam allectiuis muneribus, indulgenciarum uidelicet et remiſſionibus inuitamus, ut exinde reddantur diuine gracie apciores. Cupientes igitur ut eccleſia Monaſterii in Hilderſleue, ordinis ſancti Benedicti, halberſtadenſis dioceſis, congruis honoribus frequentetur et eciam conſeruetur, et ut criſti fideles eo libencius cauſa deuocionis confluant ad eandem eccleſiam, quo ex hoc ibidem dono celeſtis gracie uberius conſpexerint ſe reſectos, de omnipotentis dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli, Apoſtolorum eius, auctoritate conſiſi, omnibus uere penitentibus et confeſſis, qui a primis ueſperis uſque ad ſecundos ueſperos feſtiuitatis ſancte Trinitatis et per Octo dies ipſam feſtiuitatem immediate ſequentes dictam eccleſiam deuote uiſitauerint et ad ipſius conſecracionem manus adiutrices porrexerint, illam indulgenciam et remiſſionem peccatorum auctoritate apoſtolica tenore preſencium annis ſingulis concedimus, quam uilitantes eccleſiam ſancti Marci de Venetijs, caſtellan. dioceſ., in feſto Aſcenſionis domini noſtri Jheſu criſti annuatim quomodolibet conſequuntur. Et nichilominus ut criſti fideles ipſi ad eandem eccleſiam in Hilderſleue in feſtiuitate ſancte Trinitatis et diebus predictis propterea confluentes conſciencie pacem et animarum ſalutem deo proſpicio conſequi ualeant, ac indulgencias huiusmodi uberius conſequi poſſint, benignius agere volentes, ut Abbas dicti monaſterii pro tempore exiſtens et ſeptem alii preſbyteri ydonei, tam ſeculares quam religioſi, per eundem Abbatem annuatim eligendi, confeſſiones omnium et ſingulorum criſtiefidelium in feſtiuitate et diebus predictis cauſa huiusmode indulgencie aſſequende ad eccleſiam in hilderſleue predictam confluencium audire et eorum confeſſionibus diligenter auditis pro commiſſis eis debitam abſolucionem impendere ualeant ac iniungere pro modo culpe penitenciam ſalutarem, niſi forſan talia fuerint, propter que ſedes apoſtolica ſit merito conſulenda, predicta auctoritate apoſtolica de uberioris dono gracie tenore preſencium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Rome, apud Sanctum petrum XV. kal. Aprilis, pontificatus noſtri Anno duodecimo.

Cop. II, fol. 28.